

Doc. 8

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Doc. 8

1239 novembre 14, Lodi

Item eodem die. De eodem mandato scripsit idem ad Andream de Cicala.

1

Cum scholas in urbe nostra Neapolis dudum indixerimus generales ac propter presentis temporis qualitatem easdem [non] dissolvi mandaverimus, ne tantum opus manuumstrarum laudabile penitus deperiret, ad supplicationes magistrorum et scholarium Neapolis nec minus pro commodo nostrorum fidelium celsitudo nostra providit ad presens, ut omnibus fidelibus nostris regnorum nostrorum Ierusalem et Sicilie ad scholas predictas licitus sit accessus et mora. Ultramontanos etiam et Italicos de terris, que nobis et imperio famulantur, presenti gratia nostra gaudere volumus studendi gratia Neapolim venientes; Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, Alexandrinis, Bononiensibus, Faventinis, Ravennatibus ac Trevesinis nostris et imperii rebellibus exceptis omnino, quibus omnem nostram gratiam denegamus. Tuscis autem, Marchesanis et omnibus de ducatu Spoleti et etiam Campaninis de terris illis, que H. filio nostro regi Turrium et Gallure etc. fideliter adhererunt, hoc etiam licere volumus volentibus studiorum Neapolitanorum limina visitare; illis omnibus, qui eidem infideliter restiterunt et papam quoquomodo sequuntur factorem schismatis et erroris, presenti gratia denegata.

Andrea de Cicala, nel 1239, era capitano del regno da Porta Roseti fino al Tronto; nel 1240 era maestro giustiziere. Sul personaggio cfr. N. Kamp, *Cicala Andrea*, in *Dizionario Biografico degli Italiani*, 25, Roma 1981, pp. 290-293.

Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus iuxta provisionem et mandatum nostrum predictum studiosus et sollicitus existens, scolares ad prefatum studium venientes et ad honorem et fidelitatem nostram morantes ibidem contra immunitates et privilegia nostra ipsis dudum indulta in regno non permittas ab officialibus nostris in aliquo temere et contra iustitiam impediri nec ipsorum turbari quietem, presertim super exactione pedagiorum eorum, que ad victum et necessitatem scolarium specialiter spectare noscuntur.

2

3

4

Datum et cetera.

Si tratta di Enrico, noto anche col nome di Enzo (o Enzo).
Cfr. doc. 6 dove segue «misso de latere nostro generali legato in Italiam».

L'integrazione sembra essere imposta dal contesto della frase, che rende assolutamente impossibile pensare che Federico II avesse ordinato di chiudere lo *Studium*: con un'ipotetica chiusura contrasta anche l'inizio del documento precedente, col quale ci sono collegamenti nell'uso di alcune espressioni. L'omissione è spiegabile con la cattiva interpretazione di un'abbreviazione, che potrebbe essere stata confusa con il finale della parola precedente.